

Q. 1. An domino competit actio contra hos reddentes rem furi? Ex. Competit, & quidem *contra tres primos* rei vindicatio; quia de celo defierunt possidere, ne cogerentur, etiam non refusopretio, rem domino restituere juxta l. 3. 4. 23. C. de R. V. l. 2. C. de furt. Contra *primum* insuper actio furti. l. 14. C. eod. l. 8. C. ex quib. caus. infam. l. 67. ff. de furt. Contra *quartum* actio in factum, quia sine causa restituit rem furi cum incertitudine, an dominus eam sit recepturus.

Q. 2. An saltem *pro foro interno* transeat ista redditio? Ex. In nullo horum quatuor transit; agerent enim contra justitiam naturalem omnes, l. 31. ff. depof., insuper habitâ radice restitutionis *ex re acceptâ*, leges justas *pro foro externo*, consequenter etiam *pro foro interno* justas & observandas, transgrediendo.

## EX JURE PUBLICO S. R. I.

I. **A**it Innoc. III. in famoso cap. *Venerabilem* 34. de Elect. *Quoddau-*  
*tem, cùm in electione ( futuri Imperatoris ) vota Principum*  
*dividuntur, post admonitionem, & exspectationem ALTERI PAR-*  
*TIUM FAVERE POSSIMUS, maximè, postquam à nobis unctione,*  
*consecratio & coronatio postulantur, JURE patet pariter, & EX-*  
*EMPLIO.*

II. *Jus* sic ostendit: *Nunquid enim, si Principes admoniti, & exspec-*  
*tati vel non potuerunt, vel noluerunt in unum propositum convenire,*  
*Sedes Apostolica advocato & defensore carebit, eorumque culpa ipsi re-*  
*dundabit in pñnam?*

III. *Exemplum* affert: *Sciunt autem Principes, quodd, cùm LOTHAR-*  
*RIUS & CONRADUS in discordia fuissent electi, Romanus Ponti-*  
*fex*

sex LOTHARIU  
dem CONRADOU

IV. Veruntamen all  
favorem; cùm vic  
clesiae Romanæ,  
perii, aut in horu  
dignitas Imperate  
ca, liberaque e  
glgentiam) segn

V. Exemplum verd  
casu Honorius II.  
Lotharium II.,  
pote anno 1125  
guatæ unitæ elect  
conice Duce, posse  
anno 1126. per  
conspiratores super  
chiepiscopis, Ali  
non Archiepiscopi  
Suffraganeis excom  
II. solemni anathæ  
qui Conradum Mod  
deposito.

VI. Frustrà scribit G  
Papam favere, cù  
vel cùm potestas e  
cadit in eum, qui  
meram duntaxat e  
vel habet.

*fex LOTHARIUM coronavit, & Imperium obtinuit coronatus, eodem CONRADO tunc demum ad ejus gratiam redeunte.*

IV. Veruntamen allegatum *jus* non evincit prætensem Papæ potiorem favorem; cùm vices Imperatoris, quā advocati, & defensoris Ecclesiæ Romanæ, supplere interim possint ac debeant *Vicarii Imperii*, aut in horum defectu totum *Corpus regni Germaniæ*, cui tam dignitas Imperatoris quād advocationis, & defensio Sedis Apostolicæ, liberaque electio (nemine suppleturo impotentiam vel negligentiam) semel pro semper fuerunt annexæ.

V. Exemplum verò non servit themati Innocentiano; cùm in adducto casu *Honorius II.* & posteum *Innoc. II.* Papæ debuerint agnoscere *Lotbarium II.*, non favore intercedente, sed *justitiæ* exigente, ut pote anno 1125. post obitum *Henrici V. Imp.* in concordia *Moguntiæ unice electum*, & *Aquisgranicorū coronatum*, *Conrado*, *Franconiæ Duce*, posteà hujus nominis Imperatore vulgo III., modò anno 1126. per *Fridericum Suevum*, & quosdam alios factiosos conspiratores *superinducto*, proindeque à S. R. I. Electoribus Archiepiscopis, *Alberto Moguntino*, & *Megingero Trevirensi*, nec non Archiepiscopis, *Salisburgensi*, & *Magdeburgensi*, eorumque Suffraganeis excommunicato, imò verò ab ipsomet Papâ *Honorio II.* solemnī anathemate perculso; *Anselmo autem Mediolanensi*, qui *Conradum Modoeritæ*, regni Italici sede, ungere præsumperat, deposito.

VI. Frustrè scribit *Glossa* h̄c in verbo: *favere*, tunc demum debere Papam *favere*, cùm merita electorum & eligentium sunt paria; vel cùm potestas eligendi devoluta est ad ipsum; neutrum quippe cadit in eum, qui electionem nec *confirmat*, nec *infirmit*, sed meram duntaxat exceptionem *contra personam electam* prætendit, vel habet.